1233. Milano. Morbio 10 (29)

In nomine domini. Anno dominice incarnationis eiusdem millesimo ducentesimo tregesimo tercio, septimo die mensis
decembris, indictione septima. Venditionem ad libellum fecit Rozanellus de Puteo filius quondam Otto[nis]
de Puteo de loco Rozanello domino Zanono de Bernadigio converso sancti Victoris quadraginta martyrum civitatis
Mediolani nominative de omni eo iure seu iuribus que et quod habet in sedimine uno iacente in isto loco,
coheret ei a mane et a meridie via, a sero Rigotti Balli, a monte humiliatorum ipsius loci, et in petiis duabus terre cum
vitibus et arboribus desuper et rovoribus in territorio ipsius loci. Prima iacet ibi ubi dicitur in Costa Ascherii.
Coheret ei a mane Pagani Malcorni, a meridie heredum quondam domini Churradi de Bernadigio, a sero via, a monte domini
Manfredi de Bernadigio patris emptoris. Secunda iacet ibi ubi dicitur ad Bruschum, coheret ei a mane Iohannis de Stephano,
a meridie Iohannis Zardi, a sero et a monte isti Iohannis de Stephano. Ita ut amodo in antea dictus dominus Zanonus et
heredes et cui dederint habere, tenere ac possidere debeat ista iura seu iura et facere exinde nomine venditionis
ad libelli quicquid voluerit sine alicuius contradictione. Cedendo et dando atque mandando eidem domino Zanono et
suis heredibus et cui dederint omnia iura omnesque actiones exceptiones replicationes defensiones et retentiones
utiles directas reales et personales ac ypotecarias sibi competentia et competentes in ipsis iuribus et eorum occasione et
in venditoribus fideiussoribus eorum iurium eorum heredibus et rebus que sunt fuerint seu etiam essent eorundem et in quibus cuiusque persone
occasione ipsorum iurium. Et procuratorem eum in re sua constituit adhoc ut possit agere excipere replicare retinere
retentiones uti et se defendere adversus quamlibet personam occasione ipsorum iurium in omnibus et per omnia sicut dictus
Rozanellus venditor ante hanc venditionem posset ante hanc venditionem posset seu potuit et constituit se possidere
dicta iura nomine dicti domini Zanoni emptoris et quamdiu possidere eo volente dominium et possessionem quasi
possessionem ipsorum iurium in ipsum dominum Zanonum emptorem transferre. Et exinde in possessionem et in [illegible] et sine
refutatione et pactu de non penitendo et ulterius non agendo et totius sui iuris remissione fecit dictus Roza-ne
lus venditor eidem domino Zanono emptori. Et alii ~~possessione ipsorum~~ possessioni et dominio penitus renuntiavit
et exinde se absentem fecit [illegible] atque eidem emptori [illegible]. Insuper promisit guadiam dedit
obligando omnia sua bona [illegible] pignora dictus Rozanellus venditor eidem domino Zanono empto-
ri ita quod defendet et guarentabit [illegible] suisque heredibus et cui dederint ista iura omni tempore ab omni persona suis
propriis expensis et ~~damnis~~ dispendiis usque in perpetuum. Pro qua autem venditione contentus et confessus fuit dictus
Rozanellus venditor accepisse et habuisse ab ipso domino Zanono libras septem terciolorum, renuntiando exceptioni
non accepte et non habite peccunie que sic inter eos convenerunt. Actum in curia sancti Victoris ista. Ista civitate.
Interfuerunt ibi testes Guidoctus filius quondam Dalmini de Burro et Guaschus filius Anrici Ferrari ambo
civis Mediolani, et Petrus filius quondam Guascho de loco Bellusco

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1806885956-19/fragment/page=1

1233. X. Cal. Decemb.

Jnpetr[illegible] [illegible] anno, anno [illegible]

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1806885956-19/fragment/page=2